

sufficiens redditur ut deo per seruidam perfecti amo-
ris affectionem inhereat vigore caritatis deficiente.

Contra istas cordis tui impuritates oportet te tri-
bus ascensionibus successivae ascendere: id est tribus
virtutum gradibus perficere. **N**a contra primam impu-
ritatem ascendimus per timorem domini quod quasi violenter cor
concurrit et rumpit a noxiis inferiorum affectionibus
et inhesionibus. **C**ontra secundam impuritatem profi-
cimur per spem: quia spes cor nostrum leuat et de ce-
lestibus ei gaudium recuperat dando affectum cele-
stia adipiscendi. **C**ontra tertiam impuritatem:
caritate ascendimus qua deo ruminur et etiachere-
mus. Sed de his plenius per singula e dicendum.

De primo gradu huius ascensionis quod est in ti-
more: quod videlicet cor nostrum per timorem
abstrahitur a noxia affectione et inhesione.

Capitulum. xvij.
Cum igitur cor tuum adeo concupiscentiarum ille
cebris incurbit: ipsi ita affixum et impressum ut
vix possit auelli: suggens inde mel noxie dele-
ctationis et lacrimacionis refectionis oportet ut ameritu-
dine quadam hec respergas: sicut solet feminine quulos
ablactantes vbera sua respergere rebatur quibusdam ama-
tis: ut gustata amaritudine auertat se ab vberi dul-
cedine et tandem vberum obliuiscatur. Ita oportet
ut cor tuum timor domini rebatur amarissimis i paleat. **V**er-
bi gratia. Plenus es mundi concupiscentiis carnalibus virtutis
toto desiderio anhelas ad altum statum; ad gloriam mundi

Difficile est tibi carere ab his delicatis: graue est tibi
despici/vilipendi et cetera. Veniat timor domini in cor tuum/
respergat omnes huiusmodi rerum dulcedines qui-
busdam amaritudinibus: proponens tibi et terrens
te et ostendens: quod cito omnis mundana delectatio
transit: quoniam magnam et inexplicabilem penam/
pro qualibet inordinata delectatione: quamlibet mo-
dica sis recepturus: quamque severa et terribiliter ad-
ueniet iustus index/super his te puniturus. His et
similibus/oporetur cor tuum amaricari ac timore peccati
et terrore perturbari: et ita violenter a suis delectati-
onibus donec earum obliuiscatur auelli. Itaque noli
negligere ex huiusmodi et similibus meditationibus
facere quoddam lixiuum: quod licet sit amarum: est
tamen mirabiliter malorum humorum. id est co-
piscientiarum purgatiuum: quo perungas seu laues
omnem delectationem mundi/et facile eam respues
et abominaberis/territus amaritudine qua eas per-
unxisti. Ut autem hoc genus lixui quod ex timore
compunctio appellatur: quotiens placuerit confice
re possis. ecce modum describimus conficiendi.

Co**d** compunctio quod ex timore nascit varie
et diversimode in exercitio et meditatione
potest assumi. **L**a. xvij.

Quod compunctio ex timore multipliciter nasci-
tur. Primo cum quis peccata sua preteri-
ta ad memoriam reducit: et quantum deum
offenderit/quantaque penam meruerit: anxie recor-
dat: et inde tremens ac timens amarissime lachrymat.
Secundo cum quis defectus proprios: passiones ani-